

1158 subdimus omnium Mediolanensium, et in his gladiis omnia tela eorum imperiali potestati subdita esse.

Imperator uero singulorum recipiens gladios suis tradit ministris eos in gratiam suam recipiens. Eorum archiepiscopus ad celebranda diuina preparatur in ipso die natiuitatis beate Marie modo extraneo, modo Ambrosiano, quo soli ex antiquorum concessione apostolicorum utuntur Mediolanenses. Vbi cantorem eorum, uirum statura procerum, canum, uetustissimum, in albis, cappam choralem de serico in humero portantem, baculum de aneto maximum rubricatum cum minis ferentem, mirabiles in circuitu canentium gyrationes et saltus facere uidimus, cuius gestus plus quam eorum cantus ab omnibus ammirabantur. Domnus autem imperator imperiali diademate exornatus in medio tentorio suo tribunali residens, ubi hec fiebant diuina, quod ei rex Anglie miserat maximum et de opere mirabili, domnum Wl[adizlaum], regem Boemie, post tot labores et regales triumphos coram tot tam Alamanniae, quam Italiae principibus, regio donat et exornat diademate. Et sic finitis diuinis omnibus Mediolanenses ad edes proprias, alii ad sua redeunt tentoria. De pace facta tam Mediolanenses quam alii exercitus maximo triumpphant gaudio.

Imperator Mediolanensibus sua conlata gratia exercitus suos uersus preposituram Moyce, que ad imperialem spectat coronam, mouet et ibi ex iure antiquorum imperatorum regiam portat coronam, quanquam locus ille a Papiensibus esset combustus. Rex Boemie in infirmitate satis graui arreptus, in terram suam post tot labores cum suis exercitibus ab imperatore licentiam querit redeundi, quem ipse in persona sua uisitans ei per Brixiam dat licentiam redeundi. Preter alia munera eum mille donat marcis, quas a Mediolanensibus acceperat; Mediolanenses enim eum decem millibus marcarum placauerant. Domino Danieli, Pragensi episcopo, imperator secum in Italia remanendi querit licentiam, qui eodem tempore acutis tenebatur febribus; erat enim italice lingue peritus et in curia imperatoris acceptus et utilis. Quam quidem obtinet uerumtamen contra eius uoluntatem. Ea nocte media predictus rex in terram suam suas mouet

a chceme, aby s těmito meči vsecky zbraně jejich moci císařské byly poddány.

Císař však přijav od jednotlivých meče, odevzdal je svým služebníkům a přijal je na milost. Arcibiskup jejich připravoval se k službám božím, jež sloužil v ten den blahoslavené panny Marie způsobem cizím, způsobem Ambrosianským, jehož dle starých nadání papežů jen Mediolanští užívají. Při tom viděli jsme jejich zpěváka, muže postavy vysoké, lysého, velmi starého v albě, kapi kůrovou z hedbávi na plecích nesoucího, který velikou hůl olšovou červeně natřenou v ruce držel a v kole zpívajících všelijak se točil a rozličné skoky činil, tak že se všichni více jeho pohybům než jeho zpěvu divili. A císař pán ozdoben jsa korunou císařskou a sedě na trůně u prostřed stanu, kde se služby boží konaly, obdaroval a ozdobil po tolika pracích a královských vítězstvích u přítomnosti tak mnohých knížat jak německých tak i vlašských pana Vladislava, krále českého, královskou korunou zvláště velkou a práce podivuhodné, již mu byl král anglický poslal. A po skončených službách božích vrátili se Mediolanští do svých příbytků, ostatní však k svým stanům. Z učiněného pak míru radovali se velice jak Mediolanští tak i jiná vojska.

Císař přijav Mediolanské na milost hnul se s vojskem svým k Monze, proboštství koruně císařské příslušejícímu, a tam, jak bylo právo starých císařův, posadil si korunu královskou na hlavu, ačkoli místo to bylo od Pavijských vypáleno. Král český jsa nemocí dosti těžkou postižen, žádal po takových namáháních na císaři dovolení, aby se mohl se svými řadami vrátiti domů, a on jej sám osobně navštívil a dovolení mu dal k návratu přes Bresciji. Mimo jiné dary udělil mu tisíc hřiven, jež byl od Mediolanských obdržel; nebo Mediolanští byli jej udobřili desíti tisíci hřiven. Panu Danielovi, biskupu pražskému, který byl toho času prudkou zimnicí zastížen, vyžádal císař dovolení, aby s ním směl v Itálii zůstati: bylť on řečí vlašské známý a při dvoře císařském rád viděný a velice užitečný. Dovolení to dáno, ač proti jeho vůli. O polovici téže noci hnul se řečený král se svým ležením, aby se vrátil do vlasti.